

xristi tui. Si non vis pater respi-
cere in nos: respice in filium tuum;
qui tam carere emit nos. Bernard
Seu accessum habemus ad pa-
trem. O homo. ubi mater ante fi-
lium. ubi filii ante patrem. ma-
ter ostendit filio pedes a vera.
a filius ostendit patri lat' a vul-
nera. Nulla ergo potest esse rep-
sa: ubi tot occurunt cicatricis in
figma. Ex his ergo pat; q xp̄s
p omnes sensus corp̄is manifes-
tauit suam resurrectionē. Ipse er-
go filius dei qui resurges ex mor-
tuis iam non moriet. mors illi ul-
tra non dominabit. faciat nos
resurgere a peccato a faciat ut no-
bis ultra non dñetur peccatum.
ut sic a p̄tō refuscitati. p̄tō mor-
tui a p̄tō sim̄ liberati. Et de ista
prima resurrectione a culpa pue-
nre valeamus ad secundā resur-
rectionem. Ad quam precibus
a meritis gloriose matris sue a
beati dominici patris nostri ipse
filius dei nos p̄ducat: qui cū pa-
tre a spiritu sancto p̄ omnia feci-
la regnat.

In octaua pasche.

Sermo primus

Onm sero esset die illa
una sabbato q̄ foies
essent clausae. Joh. xx.
ij. Ideo post passionem
xp̄i discipuli p̄manerunt in me-

to more. Iuxta illud Joh. xvi.
Plorabitis a flebitis vos. Vnde
cantatur Tristes erant apostoli
de necesse suidm. In multo timore.
ideo tenebat foies clausas ppter
metum inde or. In multo errore
q̄ xp̄i resurrectionē amplius nō
sperabant. Vnde dixit unus Lu-
ceultimo. Nos autē sperabamus
q̄ ipse redēpturus esset israel. S
xp̄s resurgenſ a eis appaens me-
stos letificauit. Joh. xv. Iterum
autē videbōs a gaudebit corre-
strum. Timidos confortauit Lu. xl
ti. Ego sum nolite timere. Errore
os illuminauit ut ibi. Tunc ape-
ruit illis sensum ut intelligerent
scripturas Et scdm hoc in isto eu-
angelio tria ponunt. Primo q̄li-
ter nestos letificauit cum dicit.
Venit ihesus a stetit in medio di-
scipulor. sequitur. Cauisi fuit di-
scipuliviso dño. Ideo in ipso die
resurrectionis quinquies apparu-
it eis. s. q̄ maxime tribulati erāt.
a q̄ solatione precipue indige-
bant. Nā primo marie magdale-
ne appauit; que se fleab⁹ macera-
bat. Joh. xxi. Sedd ipsi a alteri
marie q̄ anxie multū erant. ut le-
tur. Mat̄. vi. Tercio petro q̄ ap-
ter negationē in tribulatōe erat
Lu. vi. Vbi aut̄ sibi apparuit nō
legit: nisi forte tunc q̄n ad monu-
mentū cucurrit. In historia autē
scolas. si q̄ petrus q̄n xp̄m nega-
uit in quandā fouēa qui gallicā
tus dicitur fugit a ibidem p̄ tres

In ev̄ta ponunt.
pmo

x⁹ v vici⁹ appunt
m die r̄mō

No.

dies latitauit a in lacrimis fuit a
ibi forte sibi apparuit. Quarto
duobus discipulis euntibus in
emaus qui multū tristes erant.
vt dicitur ibide; Quinto discipu
lis congregatis. a in multo timore
positis vt habetur hic. Due autem
prime a due vltime apparitiones
fuerunt manifeste. media autem in
ter has. s. qua apparuit petro fuit
occulta. Hoc represestat sacerdos
in missa quando se quinquies po
pulo manifestat. Ita tñ qd uel p
me a due vltime manifestaciones
fiat vox apta. media autem fiat
vox submissa. Nichilominus tñ
a hodie Thome apparuit: qui in
errore eat. in quo magna pietas
xpi demonstratur. Appertum
solum hominem saluandū venit a si
bi apparuit. Cris. Considera dñia
toris dementiam qualiter pvnā a
mina ostendit seipsum vulnera ha
bente a accedit ut saluet vnum.
Ex his patet qd xp̄s licet deposu
erit passionē: non tamen o passi
onem. Legitur tñ qd honores qua
tuor mala inducunt a inducere o
fuerent. Primo obliuionem vt
legitur Gen. xlviij. qd pincerna re
gis succedentibꝫ p̄spersi. oblitus
est interpretis sui. Sed eleuatio
nem. Grego. Si ad regiminis cul
men quis erumpit: in eleuatio
nem p̄tinus eleuat. Vnde Saul
qui se indignū considerans fuge
rat mox ut regni gubernacula fu
scerit intumuit. Tercio mox mu

Hōres e mala
inducit

tationē. Vnde dicitur vulgariter
Honores mutant mores. Qui em
prius habebat mores māsuetos:
incipit habere pompaticos. Quar
to incompassione de his duob
dicitur Amos. vi. Optimates et
capita populo ingredientes po
patice domum dñi. a nichil pati
ebantur sup otritionem dñm̄ io
seph. Xps autem nec exaltatus
nec super pauperi fuit oblitus.
sed eos benignè visitauit nec sup
eos elatus est: sed eos fratres ap
pellauit. Jobis. xx. Wade ad fra
tres meos. Nec in moribꝫ immu
tatus: sed humiliter cū eis come
dit a bibit. Nec durus: sed ope
sibilis factus est. Nā discipulos
in errore timore a errore positos.
visitauit a dulciter isolatus eos
fuit Secundo ponit qualiter timi
dos confortauit. Qd quidem mlti
pliciter fecit. Primo exhibendo
verba isolacionis cum dixit. Pax
vobis. Eccl. xviiij. Nonne ardē
refrigerabit vos. Sic a verbū me
lins qd datum. Et ponit hie tri
bus vicibus pax. ad innuendū
qd p̄plex pax a christo nobis da
tur. s. temporis. pectoris a eternita
tis. In huius signationē in missa
pontificali pax ter nominat. Pri
ma enim vice eam nominavit ver
tendo se ad populum qd pax tem
poris aliquando datur ministro
sanctorum virorum. Secundari
ce se nō vertendo. quia pax pecto
ris non acquiritur tumultibꝫ po

pulotum se int̄m̄scēdo: sed sibi
 solivacando. Tercia vice a toto
 dero cantatur. q̄r pax eternitatis
 ab omnibus desideratur. Secundo
 eos confortauit ostendendo grande
 exemplum cum dicit. Ostendit e
 is manus a pedes a latus. Lu. vi
 t̄mo. Ostendit eis manus a pedes.
 Multum enim miles animari de
 bet: quando regem fortiter dimi
 cantez videt. Sic discipuli multū
 animari debebant videntes xpri
 sum tam fortiter dimicasse a vi
 cisse. Si quis ergo est frigidus:
 in amando videat latus xp̄risti p
 foratum. a inflammabitur ad a
 morem. Canticoz octauo. Pone
 me v̄ signaculum super cor tuu.
 Si est tepidus in operando: vide
 at manus eius pforatas a incita
 bitur ad operandum. Vsaye. xl.
 ix. Ecce in manibus meis descripsi
 te. Si est infirmus in sustinendo
 aduersa: videat eius pedes perso
 ratos a animabitur ad supporta
 tionem. Psalmista Intinguatur
 pes tuus in sanguine. Tercio eos
 confortauit promittendo eis grā
 de auxilium cui dixit. Sicut misit
 me pater a ego mittō vos. id est
 sicut pater ad patientium me mi
 sit. a tamen semper mecum fuit.
 Johannis. viij. Qui me misit me
 cum est. a ego ad patientē vos
 mitto a tamen vobiscū semper fū
 Mat̄. vltimo. Ecce vobiscū fū
 omnibus diebus ac. Psalmista
 Cum ipso sum in tribulacione ei

piam eum a gloriſicabo eum. De
 us enim tribulaciones nostras
 ſupportat. Et ideo dicit. Cum ipſo
 ſum in tribulatione. Ab ipſis em
 nos liberat. a ideo dicit. Eripiam
 eum. a pro ipſis remunerat cum
 dicit. a gloriſicabo eum. Quar
 to confortauit eos in dando ipſis
 grande ſolacium cum dixit. Acci
 pite spiritum ſanctum vos dulcē
 conſolantem. Ideo dicitur para
 clitus id est conſolator. Psalmiſ
 ta. Scđni multitudinem meorum
 doloz in corde meo. conſolatiōes
 tue letificauerunt animā meā.
 Immo multo magis conſolatio
 nes diuinæ ſuperant tribulatiōes
 ſicut linea punctum. hora momē
 tum. dies hora. annus diem. De
 duobus primis dicitur Vſaye.
 quinquagesimo quarto. Ad pū
 ctum in modico dereliqui te. a in
 miserationibus magnis congre
 gabo te. In momento indignati
 omis abstendi faciem meam pa
 rumper a te a in misericordia ſem
 piterna misertus fum tui.
 Tercium vero patet p hoc quod
 dicit beatus Augustinus. Qua
 draginta horis iacuit mortuus:
 quod fuit tristie. a quadragin
 ta diebus post resurrectionem cu
 disciplulis suis mansit quod fuit
 leticie. De quarto vero dicitur Vſ
 say. lxi. Predicate annum pla
 bilem domino. a diem vltionis
 deo nostro. Ecce pro die vltionis:
 red det annum placabilem.

Quinto eos confortauit: dando
eis grande dominium cum dicitur.
Quoꝝ remiseritis p̄dā. Sicut em̄
aliquis rex mittens aliquem prin-
cipem dat ei potestatē a m̄ carcere
mittendi a liberandi. sic est hic.
cum dicit. Quoꝝ remiseritis p̄dā
aīc. Greg. Non solū de semetipſis
securi sunt: sed a principatum su-
pm̄ iudicij sortiunt. vt videlicet
quibusdam p̄dā retineant. qui
bus dā relaxent. Hox locum epi-
tenent. Grandis honor: sed gran-
de pond̄ honoris. Dux quippe est
vt qui nescit tenere mode amīna
vite sue iudeꝝ fiat vite alienae Cri-
ſos. Sacerdos a ſupriam bene di-
ſpensauerit vitam: ali oꝝ vero nō
cum diligēcia cura; h abuerit:
cum p̄nicioſis in geiennā vadit.
Sexto eos confortauit. pmittendo
grande premiū cū dicit Beati q̄
non viderunt a credidēt. Et itel
ligit de fide formata que habet se
cum caritatē a opa. Est enim ne-
cessaria fides vt opa ſint deo acce-
pta Caritas cū fide: ne fides ſit va-
tua. Choy. xvi. Si habuero fide
caritatem autē non habeā nihil
sum. Opa cuꝝ fide: ne fides ſit mor-
tua. Iaco. ii. Fides ſine operibus
mortua eſt. Tercio ponit quali-
ter deus dīcipulos erroneos in fi-
de confortauit. Qd quidem fecit per
omnes quinq̄ ſenſus corporis Pri-
mo p̄ auditum cū dixit. Pax vob.
per hoc nobis dans exemplū vt
ſemp habeamus verba pacis nō

Fides formū

Tertia p̄.

hac p̄dā long
vide ī p̄mōe 6. xxi

diuīſionis. Sed de multis dicitur
Eccle. xxij. Lingua tercīa multos
omouit a disp̄fit illos de gente in
gentē. Contingit enim aliquā ma-
gnū monſtē q̄ homo h̄ tres
tinguas. Una eſt adulatioñis q̄
blandit in facie. Secunda detrac-
tionis q̄ mordet in absentia. Ter-
cīa diſſenſionis que ſeminat ira-
gia. Omnes iſte tres lingue met-
to eſſent abſcindende. Prima.
quia decipit. Psaye. iii. Popula-
meus qui te beatum dicit ipſi te
decipiunt. Secunda. quia iſſa-
mat. Vnde ſapiens ammonet:
ne cum talibus affidui ſimus. Et
deſtaſtici decimo tercio. Ne for-
te affiduitate infamatus: impro-
perium patiaris. a maluſſes nō
nasci. Tercia. quia conturbat.
Ecclesiastici. xi. Calumnia contur-
bat ſapiētem. Secundo p̄iſum
cuꝝ dicit. Ostendit eis manus et
pedes. Quidam ex eis credebant
ipſum eſſe ſpiritu. Ideo dixit.
Palpate a videte. Alij vero cre-
bant ipſum aſſumpſiſe corpus
alienum a non ſuum in cruce pa-
ſum. a ideo dixit. Videte manus
meas a pedes meos. Alij vero cre-
debant ipſum aſſumpſiſe corp⁹
non verum ſed ſantaſticum. aīo
dixit illis. Habetis hic aliquid
quod manducetur. Tercio p̄
olfactum: per hoc ſciliat q̄ in eos
fufflauit. fatus etenim ille odori
ferus valde erat qui ab illo pedo
re proceſebat qd apoteſa omniū;

caris matutini erat. Nam erat quia
si odor mirre in quantum procede-
bat a carne mortificata, quasi o-
dor thuris in quantum ab anima
deuota, quasi odor balsami inqui-
tum a diuinitate preciosa. Quar-
to per gustum, in quantum man-
ducauit pescem assūm, et fauum
mellis. In fauo est cera lūnosa
et mel. In xpsto vero sunt tres na-
ture, scilicet caro, anima, et deitas.
Illi comedunt pescem assūm
qui delectantur circa eius carne,
crucifram. Illi comedunt fauum
mellis qui delectantur circa eius
animā lucidam, et deitatem dulcis-
simam. Quinto per tactum cuius dī-
cit. Inse digitum tuum huc. In
hoc dat nobis exemplum, ut vul-
nera pēccatum nostroy pmitta-
tagi, et reprehendi. Sed sūt que-
dam animalia que non pmittunt
se tangi, quia sunt superba sicut leo
quedam hispida sicut hircus, et
quedam silvestria sicut lupus. Su-
pbi enim non pmittunt se repre-
hendi propter suam arrogantiā. Ta-
les ei videntur pati illud apostole
ma quod dicitur notime tangere
Ego. xix. Omnis qui tetigerit mō-
tem morte morietur. Avari qui sunt
hispidi, et spīnas diuītias repleti
nō sustinent reprehendi. ij. he. ij.
Si quis spīnas tangere voluerit
armabit ferro et ligno lanceato.
Opertet enim quod sit munitus ar-
mis ad protegendum; scilicet lo-
rica ferrea et impenetrabili pacie

141
756

tia ab feruendū Luxuriosi non
sustinet se reprehendi quia sunt fili
uestres a nichil quod sit dei et sa-
lutis p̄cipere possunt et ad Chrys.
ij. Animalis hoc nō p̄cipit ea que
sunt spūs dei.

Sermo secundus eiusdem

Unus Ihesus et stetit in me-
dio. Magna dignatio est
quando dominus ad ser-
uos suos venire dignatur. Maior
autem quando cū eis moratur. Jo.
x. Ad eum veniemus a mansione
apud eum faciemus. Maxima quā
cum illis vivuntur. Apoc. iiiij. Ce-
nabo cū illo et ipse mecum. Si quis
igitur vult recipere regem venien-
tem, manentem et sufficientem; se
ipsum ad hoc disponat. Non enim
ad omnes venit nec cum omnibus
mansione facit: nec omnes re-
ficit: sed tantum quinque genera
personarum: que in presēti euāge-
tio nō oiantur. Primo enim ad p-
seue rantes. qd notatur cum dī.
cum sero esset. Sicut enim p ma-
ne principium opis: et p meridiē
mediū opis: sic p sero finis opis
intelligit. Hora enim serotina ē
hora terminati laboris et recipien-
de mercedis ut habetur Math. xx.
Vnde dicitur prou. iij. Justus se-
mita quasi lux splendens proce-
dit et crescit usq; ad perfectū diē.
lux splendens ē op̄ iusti. put est i
incarnatione. lux procedens put

est in persecutione. Perfecta di-
es ut est in consummatione In lege
enim preceptum erat ut domino
tota hostia offerretur. scilicet caput cor-
pus et cauda. Per caput intelligere possumus inuentum. per cor-
pus virilem etatem. et per corpus se-
necutem. Sed sunt aliqui qui dant
dyabolo suam inuentum. Illi aufer-
unt de hostia dei caput Alij sunt
qui dant dyabolo suam virilem et
dem et volunt dare dyabolo solum
modo suam senectutem. Iste auferunt
caput et corpus et offerunt caudam
solam. Nos autem deo totum offeramus
et nostram inuentum bene incipi-
endo. et nostram virilem etatem prese-
uerando. et nostram senectutem felici-
ter consummando. De vnguento aar-
on dicit propheteta. Sicut vnguento
in capite quod descendit in barba;
barba aaron. Per caput inuen-
tus. per barbam etas virilis. per oram
vestimenti senectus intelligitur. quod
unctionem spiritus sancti homo debet
habere in inuentute. in virili etate.
et conseruare in senectute. Secundo
venit ad quiescentes quod notatur
in hoc quod dicitur. Una sabbatum
Sabbatum enim quies interpretatur.
Hinc est quod apostoli receperunt
spiritum sanctum sedendo et a curis nor-
nis quiescendo. Et filii israel non
recepérunt manna nisi postquam tra-
nsierunt mare. quod nullus potest recipere
mentis dulcedinem nisi habeat men-
tis quietem. Sunt tamen aliqui qui que-
scunt mente; sed non corpore. sicut

funt servi dei qui carnem suam cru-
cifixerunt mente tamen cum deo quies-
cunt. Matth. xi. Inuenietis requi-
em animabus vestris. Istud est sab-
batum de quo dicitur Leuit. xij. Sab-
batum regationis est et affligitis
animas vestras religione perpetua.
Alij sunt qui quiescant corpore et
non mente sicut patres. Iher. xl
viii. Requieciuit in seculis suis. Lu.
x. Anima mea. quod habes multa bo-
na quiesce. et comedere. Istud tale
sabbatum a demonibus deridetur. Tr.
ij. Viderunt eam hostes et deriserunt
sabbata sua. Non enim potest habere
vera quietem. Juxta illud Psal.
la. lvij. Cor impium quasi mare fer-
uens quod quiescere non potest. Alij
sunt qui quiescant mente et corpore.
sic beati. Psal. xi. Sedebit populus
meus in pulchritudine pacis. in
tabernaculis fiducie. in rege opu-
lenta. Istud est sabbatum de quod
Psal. vli. Erit sabbatum ex sabbato
quia de quiete mentis perueni-
tur ad quietem eternitatis. Alij
vero sunt qui nec quiescant men-
te. neque quiescant corpore. sic sicut
damnati. Psal. decimo octavo.
Seruientis domini alienis qui non da-
bunt eis requiem die ac nocte.
3 Tercio vero remittit ad clausos.
quod notatur in hoc quod dicitur.
Et cum fores essent clausae. Quod au-
tem corpus suum dominus nos-
ter Ihesus Christus ianuis clausis
introduxit. hoc fuit miraculum.
Augustinus. Quidam sic disputatione.

Si corpus erat quō per clausa ho
stia introire potuit. Si apprehen
dis modum non est miraculum
vbi deficit ratio. ibi est fidei edifi
cacio. **H**oc etiā fuit diuine piet
atis a potestatis indicium. Item
queris a me a dicas. Si per hostia
clausa intravit: vbi est corporis
moles. Et ego respondeo. si super
mare ambulauit: vbi est corporis
pondus. Sed fecit illud dominus.
Nunquid igitur quia resurrexit:
deficit esse dominus. **H**oc etiam
attestatur q̄ corpus habuit gl̄i
osum cuius nature est ut cōpus
non gloriosum sibi resistere non
possit. **G**regorius. Quid mirum si a
nūis clausis post resurrectionē re
mit: qui ante non apto virginis v
tero exiuit. In hoc ḡ q̄ remit ad
clausos significatur q̄ ad illos re
mit: qui portas sensuum suorum
daudunt. Speci aliter autē porte
oculorum sunt claudende. q̄ sūt ma
gis periculose. David autē q̄ nō
clausit in adulterium a homicidi
um decidit. Circa has autē portas
quatuor sunt attendenda. Primo
ut in feminas oculos non figura⁹.
Augustinus. Vesti oculi si iaciuntur
in feminam: tñ in nullā figantur.
Legit̄ in vita patrum q̄ quidā
abbas quendā fratrem a pueri
cia in heremo nutriuitq̄ in ciuit
atem duxit. a cui; quas dā mulie
res vidisset a oculos in eas fixiss;
interrogauit cuius modis eēne.
Abbas r̄edit. anceres sunt. Cum

ḡ ad monasterium redissent: ille
flens abbati dixit. Pater da mi
chivnam de ancib⁹ illis. q̄a
animus me⁹ in ea⁹ amore erat
sit. Tunc abbas fratres ammo
niuit a spectaculis mulierum se
cauerent. Nam hic puer inquit q̄
nunq̄ mulieres viderat. q̄ se mel
aspergit: ecce in quantam occupisē
tiā exarbit. Secundo vt formosas
maxime fugiamus. Unde legitur
q̄ cum paris helenā duxisset phi
losophi quidā ad eam videndā
pgentes a eius pulchritudine vi
dentes: vultū auerterunt dicentes.
fugiamus. Sicut em̄ magis ocul
nocet videre rem albā: q̄ rem m
gram: sic magis nocet anime vi
dere mulierem pulchrā q̄ sed am
Eccl. ix. Auerte oculos tuos a mu
liere compta. Tercio vt videndo
pulchras: q̄ fedē sint interius co
gitemus. Animalia que linceos w
cantur sui visus subtilitate corpo
ra opāca penetrare dicuntur. In
videndo igit̄ mulieres formosas
linceos oculos habeant: vt q̄ fe
de sint interius cogitemus. Quid a
liud modo ē corpus pulchre mu
lieris: nisi pulcher saccus sterco
ris. Quis autem temptari posset
si sterco ravidet. **C**antico 2. iiiij.
Pulchra es amica mea absq; eo
quod intrinsecus latet. id est p̄
chra es exterius: sed fedā interi
us. **Q**uarto vero a muliere li
bidinosa debemus aspectum di
tere. Probabile namq; videretur

*No. 197a° par
nō duplice vtilit*

¶ quando vir libidinose appetit
sumus libidinis ad oculos ascen-
dens aerem inficit et aer infectus
similiter inficit oculos viri. et sic i-
fectio ad cor ascendit. Si enim sum
philosophum speculum suovisu
inficit mulier menstruosa non est
mirum si anima inficit mulier li-
bidinosa. Si enim basiliscus vi-
su ignito aves volantes occidit:
quanto magis aspectus mulieris
igne cupiscentie inflammate a-
nimam interficit. Eccles. xvij. for-
matio dicitur quasi fortis necati-
o. quod fortiter necat virum. Quar-
to venit ad congregatos. quod no-
tatur cum dicitur. Vbi erant dis-
cipuli congregati. Math. xvij.
Vbi duo vel tres congregati sunt
in nomine meo ibi sum in medio
eorum. Ex congregatione enim multi-
plex utilitas acquiritur. Prima
est. quia tales non possunt extin-
gui. Serui dei sunt lux mundi. et
carbones accensi. Ps. Carbones
succensi sunt ab eo. Sunt lapides
igniti. Ecclesiastici. xix. In medio
lapidum ignitorum ambulasti.
Sine enim lux sive ignis non me-
lius accenditur: nisi ignem igni
applicando. sic serui dei non metu
inflammantur quam insimul habi-
tando. Et sicut carbones se mutuo
inflammant et accendunt: sic il-
li mutuo se calefaciunt. Et sicut
ex mutua collisione lapidum ig-
nis exutitiae: sic ex mutua coha-
bitione sanctorum et religiosorum

spiritus sancti ignis augetur. Et
desistit quarto. Si dimicent
duo simul soubentur mutuo:
vnum vero quomodo calefiet.
Secunda utilitas est. quia non pos-
sunt vinci ab ipsis dyaboli tem-
ptatione. Videmus enim quod acies
multum coniuncte vincit non pos-
sunt. sed si quis acies egreditur:
cito capitur. Sic est de seruis dei.
iuxta illud Canticoz sexto Terti-
bilis ut castorum acies ordiata.
Ideo thomas apostolus vicit fu-
it. quia ab acie apostolorum re-
cessit. dyabolus enim non vult
mihi singulare certamen. sicut di-
citur primi Regum decimo septi-
mo Eligite ex vobis virum a de-
bet ad singulare certamen.
Tertia utilitas est. quia non pos-
sunt frangi a mundo per aduersa.
Videmus enim quod una virga ci-
to frangitur: sed plures insimul
frangi non possunt. Legitur e-
nim quod quidam habens tres pue-
ros dum morti appropinquaret:
debet eis unam virginem precepit
eis ut frangerent et continuo fra-
cta fuit. debet eis a duas. et vir-
fregit. debet eis tres et frangere
non potuerunt. Et ait. Sic erit de
vobis. Si enim fueritis diuini ab
invicem superabimini. Si autem
coniuncti fueritis non potestis su-
perari. Unde dicitur ecclesiastiq
quarto. sumiculus triplex difficil-
le rumpitur ac. Quarta utilitas
est. quia non possunt seduci a

man do per prospēra. Vnde mīus ei
q̄q̄dū oues sūnt in gre ge : sūnt
securē. sed si aliquid se sep at: cito
errat. Sic a serui dei blandimen
tis huius mundi decipi nō p̄n̄t:
tum q̄ manu pastoris v prelati ē
guncit. tum q̄ latrati canum v
doctrina predicatorum muniunt
Tum q̄ exemplis cum quib⁹ sūt
fultiuntur. Ille autem qui solus
est cito decipitur Vnde clamat p̄
plēta. Errauī sicut ouis que p̄iit
Quinto vit ad timoratos. quo d
notatur cui dicitur. Propter me
tum iudeorum. Bernardus super
cantica. In veritate didici nichil
eque efficax ad grām dei prome
tendam retinendam v recuperan
da p̄mis in omni tempore coram
deo inueniāris non alta sapere s̄
timere Timor igitur valet ad gra
tiam p̄merendam. Quia sicut di
citur Ecclesiasti v Qui sine timore
est non poterit iustificari. Secun
dovaleat ad gratiam oseruandā.
Eiusdem. xvij. Si non in timore
domini tenueris te instanter: cito
subuertetur domus tua. Tercio
valet ad gratiam perditam recu
perandam. Recuperatur enim p̄
sancta desideria. p̄ sancta som
mia a p̄ sancta opera. Psal. xvi.
sedm aliam litteram. A timore tu
o concepimus a parturiūm⁹ a pe
nitimus bona opa

183 158
Sermo tertius eiusdem

¶ **I**nfer digitum tuum hue
a vide manus meas q̄c.
Sedm autem augustinū
triplex est status hominis. Vñ
prout est invita. alius prout est
in morte. a tertius prout conside
ratur post mortem. In hoc tripli
ci statu xristus suos discipulos
dilexit: scilicet invita se creta sua
eis manifestando a amicis vocā
do. Job. xv. Vos autem dixi ami
cos quia omnia que audiui a pa
tre meo nota feci vobis. In morte
sua pro eis animam ponendo. I
bidem. Maiorem hac caritatem
nemo h̄z n̄vit aiam suā ponat q̄s
pro amicis suis. Et post mortem
eis sepe apparendo. Prima emim
duo signa amoris ostenderat le
ato thome sicut a ceteris. Ter
cium nondum sibi ostenderat q̄s
nondum sibi apparuerat. Ideo si
bi hodie apparuit. a tam per viñ
q̄ per tactum eum ad fidem redi
xit dicens. Infer digitum tuum
huc. Circa autem istam appari
tionem tria videri possunt notabi
lia. Vnum q̄ cicatrices vulnerū
habuit in carne a alia tamen de
causa seruauit eas post resurrecti
onem. alia autem de causa serua
bit in iudicio. a alia de causa p̄
iudicium. Post resurrectionē qui
dem seruauit cicatrices vulnerū

ut in discipulis et in nobis fidem
resurrectionis astringeret. **Glosa.**
Ad dubitantium corda sananda.
vulnerum seruata sunt vestigia.
Greg. in ome. Egit namque modo
mire diuina demetia. ut discipu-
lis dubitans: dum palparet in
magno vulnere carnis: in nobis sa-
naret vulnera infidelitatis. Plus
enim nobis infidelitas thome co-
tulit: quod fides festina discipulorum
profuit ad salutem. quod dum ille
ad fidem palpando reducitur: nra
mens omni dubitatione postposi-
ta in fine solidatur. **Secundo** ser-
uat eas nunc in celo a hoc ut eas
patri repunit a nobis eum reconsi-
tier. Cicatricum enim reputatio est
quedam apud deum aduocatio. si
cui miles tacens ab imperatore im-
petrat quin vulnera que pro eo per-
tulit sibi demeat. Legitur in histo-
ria scolaistica quod antipater dum eius
pater magni heros in quodam
prelio in servitio imperatoris mul-
tis vulneribus est confossus. qui tan-
dem ab emulis accusatus vestibus
reiectis dixit. Ego caesar nolo me
verbis excusare apud te. sed ista
vulnera que suscepimus pro te: eciam
in varijs bellis decertauimus pro te lo-
quantur pro me. si ego diligenter te
Sic ergo christus patri ostendit
ut insinuet quoniam nos dilexit.
Bernardus. Secundum accessum ha-
bes o homo apud patrem. quia
hates matrem ante filium. a fili-
um hates ante patrem. **Matt. of**

bendit filio pedes a vetera. **Si filius**
ostendit patri latus a vulnera.
Nulla poterit esse repulsarbi tot
caritatis occurunt insignia. **Ter-**
cio seruabit eas in iudicio ut ma-
li videant quod iuste sint damnati.
Vnde dicit eis secundum Crisost. sup
Math. **I**go propter vos factus
sum homo. propter vos alligatus
et delatus. crucifixus. ubi
est compassio tantarum iniuria-
rum mearum. Ecce precium sanguinis
mei quem dedi in redempti-
onem animarum vestiarum ubi
est seruitus michi impensa qua
pro precio sanguinis michi dedi-
stis. Ego super gloriam meam vos
habui cum esset deus apparen-
t homo a viliori me omnibus re-
bus vestris fecistis. Nam omnes
rem vilissimam terre amplius di-
lexistis quod iusticiam meam a fide
Quarto seruat eas post iudicium
in celo et propter se et propter san-
ctos suos. Propter se quidem ut
super se deferat insignia victorie
sue gloriose. **Vnde** dicit Beda su-
per Lucam. Miles in prelio forti-
ter agens a victoriis obtinens
multis vulneribus confossus. di-
cit enim ad eum ipse medicus
Vis sanari sine cicatrice vel cum
cicatricibus eius omni deformita-
te: puto quod in signum sue victorie
cicatrices seruaret. Ille enim ci-
catrices fuit in domino nostro ih-
su christo non in deformitatem:
sed in magnam pulchritudinem;

Vnde dicit Crisostomus q̄ sup
radios solis erant lucidiores. Si
cūt est honor militi de prelio reue
tentū deferre scutum fractum: sic
honor est xp̄risto deferre secū vī
torie sue triumphum gloriosum
Glosa sup̄ lucam. Non ex impotē
tia curandi seruauit cicatrices: s̄
vt ppetue victorie sue circūferat
triumphum. Seruabit enim eas
proper sanctos suos vt vīdētes
q̄ misericorditer sint redempti cā
tent. In eternū cantabo misericō
dias domini. Juxta illud ps̄ Con
fitemini domino quoniam bonus.
quoniam in eternū misericordi
a eius. Dicant nunc qui rede m̄p
ti sunt a domino. Non solum au
tem circa cicatrices xp̄i: sed etiā
martires sancti Aug⁹. de ciuitate
di. Nescio quomō sic afficiuntur a
more martir̄ beatorum vt relim⁹
in illo regno videre cicatrices vul
nērum que pro xpristi nomine p
tulent. Et fortasse videbimus nō
deformitatem in eis: sed dignitas
vt pulchritudo erit. Secundū no
tabile est q̄ cicatrices t̄ home pal
pandas exhibuit vt per illorum
palpationem: auferret illius du
bitationē. Vnde mox certificat⁹
dixit. dominus meus a deus me
us. Per quod datur intelligi q̄ s.
vulnera peccatoꝝ non debitis
abscondere: sed ea p confessionē
manifestare. Sed nota q̄ vulnera
quandoꝝ sunt recentia. q̄nq; in
veterata aliquando putrida. Re

centia sanantur vñctione vel em
plastri appositōe. in ueterata ad
ustione. putrida incisione Tunc
vulnera peccatoꝝ nostrorū sunt
recentia quando adhuc sunt in v
luntate vel in recenti ope. a tunc
sanari possunt per vñctionē id est
spiritus sancti inspirationē. vel
emplastrum v̄ leuis penitētie in
positionem. Ecclesi. xi. Languor p
lixior grauat me dicum: breuem
languorem precidit medicus. Et
dem. xxxviiij. Vnguentarius faciet
pigmenta sanitatis a vñctōnes
conficie sanitatis Tunc sunt in
ueterata: quando per longam cō
suetudinem sunt iterata. Ps̄. In
ueterauit inter om̄s inimicos me
os. Tunc indigent abuſione id
est abuſiuā maceratione. Ps̄.
Vre renes meos a cor meum ac.
Zach. xij. Per ignēvram eos si
cut virutur argentum. Tunc sunt
putrida: quando tam diu stant
homines in peccatis: q̄ se tent co
ram deo a hominibus. Job. xlii. p
mo. Computuerūt iumenta in
stercore suo. In quorum persona
dicit propheta. Putruerūt a cor
rupte sunt cicatrices mee. Et tunc
indigent incisione id est incisiua
tribulatione. Tunc enim carnes
auferuntur. a ipſi ad deum conu
tuntur. Psalmista. Multiplicatae
sunt infirmitates eorum. postea
accelerauerunt. De ista autem in
cisione dicitur Job. xvi. Cecidit
me vulnera super vuln⁹. Terciū

notabile est q̄ xp̄istus per oñi
onem vulneruz suorum thomam
in fide seruauit. Ipse enim tribu
latus est s̄ xp̄isti passione despe
ratus de eius resurrectione a tepi
dus de eius amore. Sed xp̄istus
per ostensionem vulneruz tribu
la tum letificauit, despeatum certi
ficauit a tepidū inflammauit. Is
ta enim tria in xp̄i vulneribus in
uenimus. Primo enim tribulati
inueniunt solationē. Greg. Si
passio xp̄i ad memoriam reducat:
michil est adeo durum quod non
equo animo toleretur. Hoc signi
ficatum est Exo. vi. ubi lignum
missum in aquas eas dulco amuit
q̄ memoria crucis omnes tribu
latiōes in dulcedinem conuertit.
Augustin⁹ dicit q̄ si vas cere no
ue vndiqz clausum ponat in mari
aqua que subm̄trabit in dulce
dinem auertetur. Istud vas fac
tum de cera noua est corpus xp̄i
factum de carne virginea: qdvn
diqz fuit clausum. q̄ nullivnq̄ te
ptationi patuit. Sic igitur multo
magis aquas amaras et tribula
tiones nostras in poros et in vul
nera istius vasis id est xp̄isti mis
sas in dulcedinem auertent. Ber
nardus. Tua dulcedo xp̄iste la
pides torrentis dulces Stephano
de monstrauit. tua dulcedo laure
tio eraticulam dulcem fecit. Pre
tua dulcedine ibat apostoli gau
dentes a sp̄du concilij. Secundo

in xp̄i vulnerib⁹ desperati inueni
unt fidei corroboracionem. In pas
sione enim sua pactum firmauit
per quod omnibus remiam dare
promisit. Pactum enim olim tri
bus modis firmabatur. Aut ma
nuum percussione. aut signi credo
ne. aut aque effusione. De duob⁹
primis habetur Iosue ultimo. De
tercio et Re iij. Sicut enim in aque
effusione nichil de aqua remanet:
nec quantū ad substantiam. nec
quantū ad saporem: sic nec de ille
qui pactum illud frangerent ne
lum debebat vestigium retinere. nec
remanere. Xristus enim ut pa
ctum suum nobiscum firmarē q̄
omnibus remia daret: non tñ in
mambus: sed etiam in pedib⁹ in
latere et in toto corpore fuit percuss⁹.
Iij. Propter scelus populi
mei percussi euz. fuit in cruce exal
tatus. Job. iij. Sicut moyses exal
tavit serpentes in deserto. eius de
xij. Si exaltatus fuero a terra om
nia traham ad meipsum. fuit si
cuit aqua effusus. quia nichil re
manerit ei: nec animam quia ipsa
in morte disposuit. nec caro. quia
ipsa tota attrita fuit. nec familia.
quia ipsa eum dereliquit. nec ex
tes. quia vestimentis suis eat spo
liatus. Et ideo bene potuit dicere
cum propheta. Psalmista. Sicut
aqua effusus sum. Tercio in xp̄i
vulneribus frigidī inueniunt

inflammationem. Hoc significatum est & Macha & ubi dicitur qd
aspera ligq crassa fuerunt velte
menter accensa. Et que est ista a
qua crassa nisi sanguis dominus
a dominicus spūs sancti pingue
dñe p̄fusus. Quasi ligna a p̄
& corda nostra arida aspergatur
continuo inflammant. Istud eti
am significatū est Macha & ubi
dicitur qd elephantib⁹ ostenderet
sanguinem vrea mori ad acuendū
eos ad preliū. Fructus mori s̄m
ambrosiū primo est albus. post
ea rubens. postea niger. Sic xp̄us
primo fuit albus & purus in tota
sua uersatione. rubens in cruce.
niger in morte. Hmō di sanguis
nos debet accendere a nostru affe
ctu ad bellum & trahit totaliter
inflammare.

Uerba secunda.

Sermo p̄imus

Ago sum pastor bonus
ac. Job. In p̄nitivi
ta null⁹ debet se lauda
re nec velle ab aliquo
laudari. Et ratio est. qd si cogitet
tyssum preteritū videbit qd m̄
ta facit unde debet dolere. Si futu
ri videbit multa unde debet timē
Si p̄nū videbit se in multis defec
tus tuere. pro quibus debet se erube
scere a humiliare. Quō igitur hō
se debet laudare vel laudari velle:
qui habet causā tanti doloris. si

ris a ruboris. siue humiliatiois.
In xp̄o aut sic est. qd de nullo tñs
acto qd fecit doluit. qd fuit sc̄issi
mus. De nullo futuro eu; timere
oportuit. qd erat oipotentissimus
de nullo defectu presenti viciose e
rubescente debuit. qd erat pfectissim⁹
Si igit deus petit a nobis laudari.
hoc nō est ppter se: sed ppter nos
Aug⁹ sup p̄s. Laudari se vult de
us & hoc vt tu p̄ficias. nonvt ille
sublimetur. Nō em̄ hoc amat qd
illum augeat: sed qd te ad illum
pducat. Similiter qn̄ se laudat:
hoc nō facit ppter se sed ppter nos
Greg. in moral. Deus qui nos p
hibet ne nos p̄prio ore laudemus
per scripturas sacras laudes suas
loquitur. nō qd eis indiget: quia
proficere laudib⁹ nescit: sed cum
suam magnitudinē nobis narrat
nram ad se impericiā subleuat. &
bona sua loquendo nos edocet. q
omnino homo nō cognoscet: si
de se tacere voluisse. **V**einde sub
dit. Idcirco aut laudes suas indi
cat: vt valeamus eum audiētes.
cognoscere. cognoscētes amare.
amantes sequi. sequētes ad ipsi
ci. adipiscētes vero eius visione
p̄fui. Propter nos vero: non ppter
se xp̄istus in hoc euangelio
commendat se dicens. Ego sum pa
stor bonus. In isto em̄ euange
lio fit mentio de quatuor. sc̄ilicet
de pastore. de mercenario. lupo. &
de ouibus. Pastor bonus est cri
stus ihs. cuius tria ponit signa.

*Ecce p̄fuit meus uel
en⁹ sit de pa
storē
lupo
ouibus
Pastor*